

prehensè sunt: quarum alteram ut mos erat uiuam humi de
 foderunt. Altera nemine cogente diem obiit. Maxime uero
 mansuetudo & clementia ciuitatis apparuit: cum uarroni ex
 fuga redeunti: humili habitu & lugubri: ut consentaneum est
 hominem re tam turpissime & infelicissime gesta redire senatus
 & plebs omnis salutabunda obuiam produit: tum principes sena-
 tus quorum unus fabius erat: indicto silentio collaudarunt: quod
 post tam acerbam cladem: aut ad desperationem reuolue libere
 conuersus esset: sed adesset adhuc animo in re. p. ut princeps ea
 regeret: ut legibus & ciuibus ueretur: a quo salutem recepturi esset:
 Postea uero qua acceperunt annibalem parta uictoria: ad reliquam sub-
 iugandam italiam esse conuersum: in spem bonam erectis animis
 duces & exercitus miserunt horum clarissimi fabius maximus: &
 claudius marcellus: contraria fere in re. p. sentientes: sed pari glo-
 ria & nomine: hic enim ut in eis uita a nobis demonstratum est: uir
 robore & magnitudine animi in uictis ac terribilibus quippe qui & ma-
 ni strenuus foret: ac natura eiusmodi predictus: quales homines belli-
 colos atq; magno animo homines appellat: in unpetu & audacia qui ad-
 uersus annibalem uirum intrepidum pari contra uultus audacia fre-
 tus prima belli certamina excitauit. Fabius autem prioribus consiliis
 perstabat: ratus nemine cum annibale prelium ineunte: neq; irrita-
 te: ipsummet sibi detrimento fore: suasq; uires bellando: attritum atq;
 debilitatum in ut athletici corporis robore laboriosi nimis celeriter
 amisso uigore. Idcirco possidonus: hunc aut scutum: illum uero enses
 a romanis nuncupatum esse: Tolerantiam enim fabii ac tute pugn-
 andi morem consuetudini marcelli admixtam ferunt romanis: sa-
 lutarem fuisse. At annibal huic quidem torrenti rapido & unpetuo-
 so sepe occurrente: repressit eius uires: atq; disiecit. Ab hoc autem sen-
 sim fluente & sine strepitu se assidue inferente: praeter spem latenter
 oppressus: consumptusq; & in euismodi difficultatem coniectus est: ut
 marcellum pugnantem fatigaret: hunc abstinentem praelio extime-
 sceret. Plurimum enim temporis cum his bello decertauit: aut pra-

fectus bello.